S-54/9

Eleccion de la Infanta Dª. Blanca — Año 1321

In nomine Domini Jesu Christi, in quo vivimus, movemur, et sumus, et Gloriosissime, et beatissime Matris ejus Amen: Anno à Nativitate ejusdem, millessimo, trecentessimo, vigessimo primo, die Lunes solepnitate Purificationis beate virginis Marie, videlicet quarto Nonas februarii, in Monasterio Dominarum, seu sororum de Sixena Conventibus, Reverendo Patre Domino Martino Miseratione divina Hoscensis Episcopo, cum quibusdam Canonicis suis, et pressentibus alijs Nobilibus Canonicas Religiosis jurisperitis, qui ad funus convenerant Nobilis et Religiose Domine Therasie Eximini de Urrea, bone memorie Priorisse Monasterij memorati qui exoluerat debitum naturale, et illa die fuerat via universe Carnis ingressa, et Corpore eius die mercurij subsequenti solemniter Ecclesiastice tradito sepulture per Dominum Episcopum memoratum, cum Cleri multitudine copiosa, Dopna Constancia de Cuidilys Subpriorissa dicti Monasterij, cum

GOBIERNO DE ARAGON

àlijs Sororibus de Conventu predicti Monasterij ad memoriam reducentes, que sic Ecclesijs presertim Monasterijs personarum Religiosarum dispendiosa vacato, quam quam periculosa esse solent Ànimabus, non solum ut jura tetantur, set integra rerum efficacii Experientia manifestat; cupiens itaque Subpriorissa predicta, cum àlijs duabus, seu Sororibus Monasterij predicti vacationi eiusdem Monasterij competentibus remedijs, in quantum est eis possibile, et Sexus feminei patitur òbviare gratia Sancti Spiritus invocata, Missaque Sancti Spiritus Solempniter celebrata, dicta Subpriorissa cum omnibus duabus, seu Sororibus que erant in dicto Monasterio, et que àd hec voluerunt et potuerunt comode interesse, Capitulo convocato àd sonum Tabule, locoque Evangelico, ut est moris legi in simili Conventu, omnes simul àd votationem dicte Subpriorisse penes quam vacante dicto Monasterio de àntiqua Consuetudine

et aprobata in Spiritualibus et temporalibus Custodia dicti Monasterij remaneant, omnes unanimiter ut est moris ad Capitulum convenerunt pro Electione seu postulatione de futura Priorissa facienda sicut Dominus ministraret. Tandem dicta Subpriorissa proposuit et dixit, quod secundum Consuetudinem antiquam ipsius Monasterij debebant tres Domine antiquiores segregari ad locum qui dicitur Lesguart et vocate de Sanctioribus et antiquioribus, ipsius Monasterij, de quibus dicte Subpriorise videtur ad tractandum de Eleccione, seu postulatione, future Priorise, mandans eisdem, easque rogans, quod facerent in vacatione presenti, sicut erat fieri consuetum, et statim de mandato dicte Subpriorise nominate per eam, surrexerunt tres Domine videlicet Dopna Sibilia de Zasalada, Dopna Maria Martini de Luna, Dopna Romea de Castelpoyl, que erant de antiquioribus in dicto Monasterio professe, et mandauit eis, quod se segregarent ad lo-

cum del Esguart, et tractarent de electione seu postulatione future Priorisse, iniungendo eis in virtute Sancte obedientie quod talem Priorissam eligerent, seu postularent, que tam in Spiritualibus, quam in temporalibus utilis esset Monasterio supradicto, omni timore, odio, et amore, post positis et relictis. Et statim dicte tres Domine exierunt Capitulum pro habenda deliberatione, et segregaverunt se ad partem, ad dictum locum del Esguart, et post paululum, redierunt ad Capitulum due Domine ex predictis tribus, cetera relicta in loco predicto, et dixerunt dicte Supriorisse, quod pluribus Dominabus de antiquioribus egebant. Statim que assumpte fuerunt de mandato dicte Subpriorisse quinque alie Domine, videlicet Venerabiles Dopna Elicsen de Erabein, Dopna Almeniars de Castris, Dopna Agnes de Malleon, Dopna Geralda de Villanova, Dopna Iuliana de Entienza Cantrix; que quinque Domine cum

duabus predictis exierunt Capitulum, et segregauerunt-
se ad locum predictum, in quo antedicte tres Domi-
ne conuenerant ad tractandum de dicta Electione
seu postulatione. facto eis mandato per dictam Supriori-
ssam sicut iniunctum fuerat primis tribus. Et ite-
rum post paululum redierunt ad Capitulum dicte due
Domine seu Sorores, que prius assumpte fuerant, et
venerant ad Capitulum pro illis quinque; et dixe-
runt dicte Domine Subpriorisse, quod adhuc pluri-
bus Dominabus egebant pro tractanda dicta electione,
seu postulatione in persona, si concordauerunt eligen-
da, seu etiam postulanda. Et dicta Subpriorissa con-
cessit, nominauit, et assignavit eis alias quinque
de illis, que erant in Capitulo antiquioribus in
Ordine: videlicet Dopna Urraca Artal Corneil,

Dopna Alamanda de Salanoua, Dopna ~~ar~~ Gisabel de
Alagon Sacristie curam gerentem, Dopna Constan
cia de Cuidilijs, Dopna Maiorem de Liron. Et

GOBIERNO DE ARAGON

inuixerit eis ut Suppradictis inuixerat, et exierunt

Capitulum, et segregauerunt se cum alijs ad locum del

Esguart predictum, et sic fuerunt tredecim in Uni-

verse. et data eis tredecim potestate à dicta Supriori-

ssa et omnibus Dominabus seu Sororibus de dicto Com-

ventu de eligenda seu postulanda persona ydonea

iuxta earum Arbitrium in Priorissam, de gremio

tamem Monasterij memorati, omnes tredecim con-

venerunt in locum predictum del Esguart extra

Capitulum, ad tractandum et concordandum de elec-

cione seu postulatione Priorisse future, quibus Sub-

priorissa predicta, et omnes Domine seu Sorores,

dicti Monasterij dederant plenariam potestatem

quod possent eligere seu postulare personam ydo-

neam de Conventu predicto in Priorissam, ut est

dictum. que quidem predicte tredecim Domine,

seu Sorores que segregate fuerant pro electione seu

postulatione huiusmodi celebranda, tractatu preha-

GOBIERNO DE ARAGON

bio diligenti, et Concordia subsequenti, convenerunt
inter se quod postularent Unanimiter, Inclitam
et Religiosam Dominam Blancham sororem
expresse earum Regulam professam, filiam Sere-
nissimi Domini Jacobi Dei gratia Regis Arago-
num, vice laudabilem in eorum honestate fulgen-
tem, potentem, et valentem, jura Monasterij def-
fendere. et comiserunt Agneti de Malolone con-
socie earum, que erat de numero tredecim pre-
dictarum, quibus fuerat data potestas, ut superius
est iam dictum, quod videlicet nomine suo, et alia-
rum Consociarum suarum pronuntiaret, et publica-
ret postulationem Concordie, quam fecerant om-
nes tredecim Domine memorate. que quidem Dom-
na Agnes nomine proprio, et sepedictarum socia-
rum suarum, pronuntiavit materna lingua
ut ipse et alie, intelligerent quod agebatur ut
sequitur. In nomine Domini Amen. Lo.

Agnes de Malolone en voz, jen nombre propio, è de
las Dueñas Compayneras desuso ditas, por el poder à
mi dado, è alas ditas Compayneras por la Sozpriora
desuso dita, è todo el Convento dellas Dueñas, ex-
presament professas, et maiores de dotze años del
dito Monasterio de Sixena àcomendada ami la
voz è el poder de publecar esto porlas ditas Compa-
nieras presentes è esto atorgantes, como las voces,
è las volumtades demi, è delas Companieras de
suso ditas, fuese, è sea concordablement de postular
la Muy alta Seniora Dona Blanca Religiosa pro-
fesa del dito Monasterio, filla del Muyt alto, è
Excelent Princep, è Seynor D. Jayme porla Gracia
de Dios Rey de Aragon, si quiere porlos merecimi-
entos è buenas Costumbres dela persona dela Muy
alta Seynora Infanta desuso dita; si quiere encara,
porla honrra è probeito, è defendemiento q. el es
venido, è viene cada dia, è esperaba venir al dito

Monasterio por esguart dela persona dela dita Sey-
nora è Religiosa Infanta. Los progenitores dela
qual fueron fundadores del dito Monasterio, è pa-
trones. Por esto como la dita Seniora Infanta no
pueda seer esleyda en Priora del dito Monasterio,
por defallimiento de edat, tansolament queriendo,
empero enesto, el remedio de dereyto en est Caso
trobado, usar con humil Reverencia, y devocion, pos-
tulo, è demando por mi, è en nombre delas sobreditas,
è de todo el Convento concordablement àl muy alto
è santo Padre è Seynor, Seynor D. Juan por la Di-
vinal providencia Papa XXIJ. q. por su benignidad
deyne, è quiera aprobar la dita postulacion, è aquel-
la confirma, e que nos deyne, è quiera dar è atorgar
por Priora del dito Monasterio la dita Sey-
nora Infanta Dona Blanca freyra profesa del
dito Monasterio, dispensando con ella por plenen-
za de su poder en el fayllimiento dela Edat-

de suo dicta, como la dita Seynora sea de edat de 19.

años é mas. Post hec, eisdem die et hora fuit dicta

postulatio á probata per dictam Subpriorissam,

et omnes Compromissareas, et omnes et singulas

sorores dicti Monasterij, et Conventus. Et inconti-

nenti per dictam Agnetem àlijs sororibus pre-

sentibus et mandantibus fuit decretum presenta-

tum Inclite Domine, Blanche, que presens erat.

que quidem retinuit sibi deliberationem in hoc,

á iure concessã, et incontinenti Domna Iusiana

de Entenza Cantrix incepit alta voce. Te Deum

laudamus, pulsantibus Cinbalis, et venerunt om-

nes domine ad Chorum, et ibidem coram Al-

tari expleuerunt, Te Deum laudamus, cum ora-

tione consueta. Dequibus omnibus et singulis dic-

ta Subpriorissa, et omnes Domine de Conventu

ipsius, Monasterij requisierunt me Notarium infrascriptum

quod conficerem publicum Instrumentum

presentibus, vocatis et rogatis testibus Venerabili-
bus Dompno Petro Darbax preposito et Dompno Ber-
nardo de Cornudella, et Dompno Petro Eximini de
Arerve Canonicis Hoscensis, et Dompno Guillermo
Albaciari Consiliario Illustris Domini Infantis,
Alfonsi Domini Regis Aragonum Primogeniti. in
quorum omnium testimonium dicta Subpriorissa
sa et Conventus ipsius Monasterij presens De-
cretum sigillo appendito ipsius Conventus munimine
fecerunt roborari. Actum in loco, die 8.º Idus februa-
rij anno prefixo: Sig✠num mei Petri Eximi-
ni de Jusen auctoritate Regia per totum Regnum
Aragonum Notarij publici, qui predictis omnibus
et singulis presens interfui, et demandato dicte
Domine, Subpriorisse, et totius Conventus dicti
Monasterij, presens instrumentum scripsi=
Valgan los enmendados, donde se lee= delibera= D=
Vrani= ne= del sobrep^to^= Monasterij

GOBIERNO DE ARAGON

Leg.º 1
Lote 2

N.º 148